

ORGANVM VRANICVM

nis motus ueri Saturni. Ipse quoque directus est, cum eius argumentum egressum sit arcum retrogressus eius. Iam uero cum primo gradu π , medio uidelicet Martis per centrum æquato, ingredior tabulam minutorum proportionalium, in qua reperio 14 minuta subtrahenda. Deinde eius æquabile argumentum, scilicet gradus π , quoque in tabula multiplicationis minutorum proportionalium sub titulo subtractionis, & inuenio 2 gradus circa principium π , qui etiam 6 π gradui inferuiunt. Hos itaque duco in 14, proueniunt 28 minuta subtrahenda, cum uerus Martis, scilicet 26 π gradus, excedat medium Martis per centrū æquatum, pri-
mum nempe π . Sed cum ea deficiant à tricenario, ea omitto, uerumque Martis antea repertum æquatum esse etiam duco.

¶ Medius motus Solis & Veneris, uerusque Solis
scrutandi sunt.



N D I C E M mobilis rotulæ pone ad diem datum immo-
bilis rotulæ, & uide gradus æquationis centri Venerei, quos
sextans è mobili ablatus secat circa characterē Veneris, quos,
si in flava regione reperti fuerint, adde, aut in alba subtrahe,
à medio motu Solis, & proueniet uerus Solis & medius Veneris.

¶ Exemplum de Sole.



N D I C E M mobilis rotulæ applico diei 20 Iulij, qui in im-
mobili rotula indicat 8 gradum α , medium uidelicet Solis.
Sextans uero circa characterem γ indicat 1 gradum albæ
regionis, quem subtraho à medio motu Solis, & prouenient
7 gradus α , Verus nempe Solis, mediusque Veneris tempore dato.

¶ Verus motus Veneris inquirendus est.

VERSVS Solis hoc in loco pro medio Veneris ponitur: si igi-
tur uerum Veneris inquirere uelis, indicem mobilis rotulæ
applica uero Solis, seu medio Veneris immobilis rotulæ, &
instrumentum ita immotum seruato. Deinde quære argu-
mentum Veneris, ingrediendo tabulam radicis argumenti Veneris, cum
anno proposito, & super id quod circa eum reperies, extendendo filum
epicycli, hisque ita immotis, quærendo diem mensis dati in tabula argu-
menti Venerei in mensibus & diebus, & literas gradusum in angulo eius
communi reperta, numerando in rotula uolubili, eaque dirigendo sub fi-
lum epicycli, quod super radicem argumenti Venerei positum est, &
index uolubilis ostendet argumentum Veneris medium tempore dato,
quod ad Abacum supputatorium annotato, deinde filum centri extende
super punctū Veneris in uolubili rotula signatū, quod in signifero im-
mobilis